

De glossematum in Aeschyli fabulis ambitu.

Plurimae quum sunt caussae quibus effectum sit, ut Aeschyli fabulae turpissimis vitiis inquinatae ad nostram aetatem pervenerint, tum unum corruptelae genus latissime serpsisse constat, quod non calami lapsibus ortum est, sed perversa librariorum vel incuria vel industria, ea quae interpretationis causa ab hominibus doctis adscripta erant ipsis poetae verbis admiscentium. Et diu fuit quum qui ad Aeschyli fabulas emendas accederent ad hoc interpolationis genus minus adtenderent, quamquam inter antiquiores Auratus, Toupius, Canterus, Heathius, inter recentiores Bambergerus et Franzius nonnulla feliciter indagarunt. Hermanni demum divinum ingenium turpia illa menda ex Aeschyli tragediis magnam partem sustulit. Multa tamen esse constat quae vir immortaliter de nobilissimo poeta meritus posterorum curis reliquerit perficienda; etiam glossemata non pauca intacta mansisse eorum commentationes probaverunt qui nobili certamine post Hermanni obitum iu Aeschyli fabulis emendandis operam naverunt. Itaque Aeschyli amatoribus non ingratum nos facturos esse speramus, si omnes eos locos recensendo qui eam suspicionem movent disquiramus, ubi sine ulla dubitatione id interpolationis genus sit agnoscendum; non paucos extare locos apparebit qui vel dubitationem moveant vel vindicandi sint ab ejusmodi suspicionibus. Ut enim fieri solet, hac quoque in re virorum quorundam doctorum industriam haud raro nimium molitam esse arbitramur. Ceterum, ne eos fines transgrediar quibus scholasticae commentationes coercentur, unius codicis Medicei ratione habita disquisitionem instituam; iis tamen locis ubi codicis Medicei lectionibus destituti sumus (Agamemm. v. 295—1026, 1118 ad fin. usque) etiam Farnesiani et Florentini lectiones in disceptationem vocabo. Quodsi non omnium eorum rationem habui quae a viris doctis hoc in genere

disputata sunt, eos qui haec lecturi sunt, id mihi non vitio habituros esse spero, quoniam non eadem nostrae scholae est conditio quae solet esse ceterarum. Nam subsidia philologica bibliothecae scholasticae paene sunt nulla; annalium autem eruditorum aditus nobis prorsus interclusus est. Itaque fieri potuit, ut in ea quae in peregrinationibus mihi enotaverim, ubi largiora suppeditabant literarum subsidia, errores irrepserint vel calami vel memoriae; eos, si qui sunt, nunc corrigere non est in promptu. Iis vero quorum singularem liberalitatem atque humanitatem expertus sum, Schoemanno et G. Ahlwardtio, quibus bibliothecae Gryphiswaldensis cura commissa est, etiam atque etiam gratias ago.

C a p u t I.

§. 1,

Ac primum quidem, si quis librorum manuscriptorum vestigia tam anxie pre menda esse censeat ut operam ei perdere videantur qui hoc interpolationis genus vel indagare studeant vel emendare, ad eum refellendum peropportune accidit, ut tribus in locis diserta grammaticorum testimonia lectiones genuinas servantium ad nostra tempora pervenerint. Eorum unus etiam in Mediceo interpolatus exstat (Agam. v. 267 ἀπὸ ἀγγέλον πνωδὲς pro ἀπὸ ἀγγάρον πνωδὲς. cf. Hermanni adnotationem, quem in versuum numero significando sequimur), duo in Farnesiano et Florentino (Agam. v. 655, ubi Toupius ex Hesychii lexico restituit χλωρόν τε καὶ βλέποντα pro librorum lectione καὶ ζῶντα καὶ βλέποντα, Agamemn. v. 1242, ubi G. Dindorfius scribendum esse docuit ἄρας γάρ τις ὅρκος ἐκ Θεῶν μέγας pro iis quae in libris leguntur ἀμόμοται γὰρ ὅρκος ἐκ Θεῶν μέγας). Ceterum nihil est caussae, cur etiam v. 276 quod libri praebent ἀγγέλον μέρος mutemus; versu 274 fortasse scribendum esse παρηγγάρευσε pro παραγγείλασσα infra videbimus. Etiam Hesychii verba γαῖα κόνις, ἡ γῆ ad Septem fabulae versum 717 (καὶ χθονία κόνις πίῃ), qui metrico vitio laborat, referenda esse Hermanni fuit suspicio per quam probabilis. Denique neque Prometheus versu 380, de quo infra disputabimus, Plutarchi testimonium est negligendum neque in ejusdem fabulae v. 214 quae adscripta sunt glossemata in Guelferbytano τὸν μεῖζον, in Lips. 2 et Oxon. τὸν μεγάλον, quibus probatur Medicei lectionem ὑπερέχοντας interpretamentum esse adjectivi ὑπέρτερος, quod Hermannus recepit, comparatis plurimis glossatorum locis ubi adjectivum illud modo adjectivo μεῖζων modo participio ὑπερέχων explicatur.

§. 2.

Alios non repperi locos quibus tam exoptata subsidia critici artem adjuvent. Jam eos subjungamus ubi glossemata effecerunt, ut vel rationes grammaticae violarentur. In Supplicum versu 781 turpem soloecismum *βίασις μὴ φιλεῖς ὁρῶν* tollendum esse apparet scribeudumque cum Hermanno *μὴ στέρξῃς*. Etiam in Ajacis versu 499 pro librorum lectione *ξέσιν* scribendum esse *στέρξειν* Schneidewinus suspicatus est; caussa corruptelae eadem esse videtur. Eodem vitio laborat oratio Minervae Eumen. v. 470 (*μὴ τεύχητε*) quem locum infra afferemus. Ceterum Supplicum locus, ut multi alii, luculentiter docet non semper literarum ductuum similitudine effectum esse, ut interpretationes adscriptae ipsius poetae verbis admiserentur, qua re perpensa quam liberum sit emendandi arbitrium apparet. In Sept. fabulae v. 200 *τοὺς τῆς ἀλούσης πόλεως ἐκλιπεῖν λόγος* (*ἐκλιπεῖν* pr. m. articulum) prave esse positum viri docti consentiunt. Huic quoque loco interpretum verba illata esse Prienius vidit (in symb. criticis ad Aesch. Septem Lubecae 1858 editis pag. 55), cuius conjecturam *Τροίας ἀλούσης πόλεως ἐκλιπεῖν λόγος* unice probo. Addere poterat etiam apud alios scriptores inveniri proverbia a Troiae expugnatione sumpta, velut apud Theocr. XV., v. 61 *ἔς Τροίαν πειρώμενος ἥνθον Ἀχαιού*. In iis quae Clytaemnestra narrat (Agam. v. 271) aegre caremus verbo, ut constructio expediatur. Legimus enim:

ἀπερτελής τε, πόντον ὡς νάπισαι
ἰσχὺς πορευτοῦ λαμπάδος πρὸς ἥδονῆν
πεύκη, τὸ χρυσοφεγγὲς ὡς τις ἥλιος
σέλας παραγγείλασαι Μακίστον σκοπῷ.

Omnem rei et constructionis difficultatem sublatam apparet, si vel Bambergero auctore pro participio *παραγγείλασαι* verbum finitum *παρηγγάρενται* substituamus, nominativo *πεύκη* in dativum mutato, vel cum Weilio pro substantivo *πεύκη* verbum aliquod scribendum esse censeamus. Weilius vocabulum *πεύκη* in lacuna locum habuisse suspicatur, quam ante versum versum 271 statuerunt Thierschius et Schneidewinus; ibique existisse verba ab Hesychio memorata *προζαιθρίζονται πόμπημον φλόγα*. Potest etiam alia cogitari corruptelae origo. Evidem vocabulum *πεύκη* glossema esse arbitror ad *ἰσχὺς πορευτοῦ λαμπάδος*, quod librariorum errore frequentissimo sedem mutaverit (cf. scholiastam *ἰσχὺς μεγίστη πεύκη, ισχὺς πνοός*). Weilius verbum *ἐπέτειο* reducendum esse arbitratur; possunt etiam alia excogitari, velut *ώρμαστο* vel *ἔθρωσκε*. Neque ea sana esse arbitror quae leguntur Eumenidum versu 680 sqq.:

πάγον δ' Ἀρειον τόνδ', Ἀμαζόνων ἔδραν,

σκηνάς τ' ὅτ' ἡλθον Θησέως κατὰφθόνον
στρατηλατοῦσαι καὶ πόλιν νεόπτολιν
τὴν δ' ὑψίπινογον ἀντεπύργωσαν τότε,
Ἄρει δ' ἔθνον, ἐνθεν ἐστ' ἐπιάνυμος
πέτρα, πάγος τ' Ἀρειος, ἐν δὲ τῷ σέβας
ἀστῶν φόβος τε συγγενῆς τὸ μὴ ἀδικεῖν
σχήσει κατ' ἥμαρ καὶ κατ' εὐρεόνην ὅμως.

Verba πάγον δ' Ἀρειον anacoluthi genus exhibent, quod ab hoc loco alienum judico. Non enim gravem et sedatam Minervae orationem eadem decent, quae nutricis in Choephoris loquacitatem vel nuntii in Agamemnone narrationem, quibus de industria ineoncinni aliquid et festivi a poeta admixtum esse constat. Non bene clivum illum ipso orationis initio Areopagi nomine appellari quum Hermannus judicasset, Ὀρειον edidit. Omnia optime inter se cohaerent, dummodo verbum aliquod exidissemus, cuius in locum successerit glossema Ἀρειον. Propono

πάγον δ' ὄρατε τόνδ', Αμαζόνων ἔδραν.

Sept. fabulae versu 421 (*Καπανεὺς δ' ἀπειλεῖ δρᾶν παρεσκενασμένος, θεοὺς ἀτίξων καπογυμνάξων στόμα — πέμπει*) eo turbatam esse Ritschelius docuit quod versu simili 407 πάργοις δ' ἀπειλεῖ θείν' ἀ μὴ χραίνοι Τύχη adscripto vocabulum ἀπειλεῖ huic versui illatum sit. Genuinam versus formam hanc fuisse conjectit:

Καπανεὺς δὲ, δεινὰ δρᾶν παρεσκενασμένος.

§. 3.

Interdum dictionem Aeschyleam iis vocabulis corruptam esse invenimus quae, quum per se spectatae vitio careant, a tragicorum tamen usu aliena fuisse constat. Exemplo utar Persarum versu 791, ubi libri habent μήδ' εἰς εράτενα πλεῖον ἢ τὸ Μηδικόν. Ibi G. Dindorfius, doctissimus ille et peritissimus tragicae dictionis existimator, qua solet indicii subtilitate formam πλεῖον antiquorum Atticorum sermone alienam removendam esse vidit scribendumque πληθύοι. Idemque statuendum esse de vocabulo ἀδελφεός, quod legitur in Sept. fabulae versu 557, viri docti consentiunt. Libri habent:

καὶ τὸν σὸν αὐθις πρός μορον ἀδελφεόν
ἔξυπταάζων ὅμηρ, Πολυνείκονς βίαν sqq.

Inter varias illas quae propositae sunt hujus loci emendationes maxime mihi probatur Prierii conjectura, qui Hermanni vestigia secutus scripsit: καὶ τὸν σὸν αὐθις αὐθομόσποντον κάσιν. [In symbolis criticis in Aesch. Sept. adv. Th. partic. I. Lübecae

editis 1856.] Quod Hermannus priore conjectura rejecta commentus est in Aeschyli editione

καὶ τὸν σὸν αὐθις ἐς πατρὸς μοῖραν κάσιν
ideo improbo quod res in Thebaide narratas ab Aeschyli Oedipo alienas fuisse mihi persuasum habeo. (cf. si tanti est, quae in diurnis Caesarianis anni 1856 nro. 49. pag. 348 commentatus sum de compositione illius trilogiae, cuius pars fuit Septem fabula. Novam iisse rationem video Lowinskium in museo Rhenano anni 1857 scribendo
καὶ τὸν σὸν αὐθις πρὸς μόρου πεπωμένον (cf. v. 733 ἐγείνατο μὲν μόρου αὐτῷ πατροκτόνον Οἰδιπόδαν), at ipso rege praesente nuntium Eteoclis fratrem malo omne ita vocasse vix crediderim. Ceterum in iis quae sequuntur nihil mutandum esse, sed versum excidisse ante versum 560 Ritschelius docuit (in Jahnii annalibus 1858, p. 785). In Agamemnonis loco, versu 202 (*πανσανέμον γὰρ θνήτας παρθενίον θ' αἴματος δργᾶς περιοργᾶς ἐπιθυμεῖν θέμις εὐ γέρε εἰη*) duo sunt tenenda, unum, ut verbum *ἐπιθυμεῖν* a tragicorum usu sit alienum, sic eodem verbum *δργᾶς* ab Hesychio saepe explicari, alterum, Dianaē hic nullum esse locum propter adjectum adjectivum *πανσανέμον*. Itaque H. L. Ahrensius adsentior, qui Aurato auctore *ἐπιθυμεῖν* in glossematum numero habet, vocabulum *δργᾶς* verbum finitum esse judicat; idem conjectit *ἐπικύρειν*, voci *θέμις* adverbii significacionem adtribuens. (Philolog. 1858. Suppl. p. 297.)

§. 4.

Grammaticorum inventa quum genuina poeta verba loco moverant, fieri non poterat quin vel obscuraretur oratio, ut interdum interpretationem omnino non admittant, vel sublimis poeta dictio deprimeretur verborumque vis enervaretur vel orationis membrorum cumulatio oriaretur idem bis dicentium. Eos igitur locos sub examen vocaturi quos merito eo nomine suspectos haberi censemus ordiamur ab eo locorum genere in quo glossemata orationem adeo obscuraverunt, ut omnes interpretandi conatus irriti fuerint. Versum 565 Sept.-fabulae *μητρὸς δὲ πηγὴν τίς πατασθέσει δίκη* ab Ritschelio (in Jahnii annalibus 1858) sanatum esse video, qui voci *μητρὸς* substituit vocem *γονῆς*, quoniam antiquitus hanc fere interpretationem exstisset judicaret: *τὴν ἐκ τῆς μητρὸς γένεσιν τίς δίκη λυμανεῖται*; In Promethei versu 712 vocabulum *γύνοδος* utrum ex interpretamento adscripto ortum sit scribendumque *οἵς μὴ πελάζειν, ἀλλὰ γῦνις ἀλισόνοις χοιμπιονοσα δαχίασιν ἐκπεραῖν χθόνα*, an monstrum illud vocabuli ex v. 708., qui finitur clausula *γύνας*, frequenti illo librariorum errore originem duxerit, incertum est. Duos addam Agamemnonis locos, veras illas interpretum cruces. Ex inepta illa librorum lectione

v. 103 τὴν θυμοφθόρον λύπης φρένα. H. Ahrensius genuina poetae verba enucleasse arbitror scribendo τὴν θυμοβόρον, φρενὸς ἄτην. Vocem θυμοφθόρον idem ex glossemate ψυχοφθόρον in textum quem dicunt irrepsisse docuit collata Hesychii glossa θυμοβόροιο ψυχοφθόροιο similemque esse originem eorum quae sequuntur. (Philolog. 1854, Suppl. I. pag. 267 — 269.) Non minus corrupta sunt ea quae chorus in primo stasimo v. 237 dicit:

τὸ μέλλον τὸ δὲ προκλέειν ἐπίγενοι' ἀν
κλόνις προχαιρέτω ἵσον δὲ τῷ προσένειν.

Chorum hoc dicere apparet se non curare futura mente praecepere; eam sententiam Bambergerus optime restituit scribendo:

τὸ μέλλον
δ' ἐπεὶ γένοιτ' ἀν κλόνις
προχαιρέτω.

ἵσον δὲ τῷ προσένειν,
nisi quod asyndeton molestum est. Id Franzius removit, quum ederet; τὸ μέλλον
δ' ὅπῃ γένοιτ', ἀν κλέειν προχαιρέτω. Utut de hujus loci emendatione judicabimus, hoc certe tenendum est vocem προκλέειν interpretum industria ortam esse.

In Supplicum versu 98 τὸ μὴ μάταιον δ' ἐξ μετώπῳ σοφογῶν ἵτω τροποσώσων ὅμματος ταρχήσύχον Dindorfio auctore legendum est ἐξ σεσωφρονισμένων ἵτω τροποσώσων (cf. Dindorfii praefationem ad editionem Teubnerianam 1857 pag. 63). Eodem remedio usus est Hermannus ad sanandum Supplicum locum desperatū v. 829 βίαι, βίαι το τολλᾶ φροῦδα βάτεαι βαθμι τροπακὰ τατῶν δλόμεναι ταλάμαι. Βάτεαι fuisse judicavit βάτε, pluralem explicandi caussa ad βαθι adscriptum, quum praeco haec dicere crederetur. Itaque edidit:

βίαι, βίαι, φροῦδα τολλᾶ βαθι μοι τροπακὰ τατῶν δλόμενε ταλάμαι.

Eiusdem fabulae versu 642 chorus haec dicit: καὶ γεραροῖσι τρεσβντοδόκοι γεμόντων θυμέλαι φλεγόντων τῶς τολλις εὐ νέμοιτο. Hermannus γεμόντων delevit, ut interpretationum adscriptum ad id quod primum exstitisse censuit φλεόντων. Ipse poeta quid scripserit, incertum est; Hermannum conjectisse video τροπούλοις, Ignatium Schwerdtium (in Supplicum editione, anno 1858) θυηλαῖς. Hoc certe apparet adjективum γεραροῖς carere substantivo. Etiam in Eumenidum versu 354 non alia mihi probatur ratio qua inexplicabilium verborum νφ̄ αἴματος νέον origo explicetur, quam ejus qui ea ex adjec-

tivi νεόαιμος interpretatione orta esse vidit. Emendavit locum Prienius in museo Rhenano 1848 ita:

ἐπὶ τὸν, ὡ, διόμενα κρατερὸν ὅντ' ὅμως
μανδρῶμεν νεόαιμον

In iis quae sequuntur σπενδομένα δ' ἀγελεῖν τινα τάσδε μερίμνας, θεῶν δ' ἀτέλειαν ἔμασι λιταῖς ἐπικραίνειν num θεῶν pronomini τινὰ adscriptum fuerit, non liquet; nondum enim exstitisse qui locum eum emendaret, persuasum mihi habeo. Eumenidum versus 679 δεὶ δέ έκάζων τοῦτο βουλευτήριον quomodo ortus sit, Weilius (in Agamemnonis praefatione pag. VII.) docuit. Quum enim versui qui legitur in libris post versum 674 κερδῶν ἄθικτον τοῦτο βουλευτήριον adscriptum fuisset ἀδέκασον, librariorum incuria et stupidi correctoris diligentia is qui nunc exstat versus effictus est. Quodsi Weilium secuti hunc versum post v. 678 collocamus, omnia in Minervae oratione optimè procedunt:

χλύοντ' ἀν ἥδη θεσμόν, Ἀττικὸς λεώς,
πρώτας δίνας κρίνοντες αἴματος χυτοῦ,
ἔσω δὲ καὶ τὸ λοιπὸν Ἀλγέως στρατῷ
κερδῶν ἄθικτον τοῦτο βουλευτήριον
αἰδοῖον, δεύθυμον, εὐδόντων ὑπερ
ἐγρηγορὸς φρονόημα γῆς καθεστάτῳ.

Quae sequuntur quomodo emendanda esse putem, supra exposui.

Non bene successerunt interpretandi conatus in Agamemnonis v. 90:

πάντων δὲ θεῶν τῶν ἀστυνόμων
ὑπάτων, χθονίων
τῶν τ' οὐρανίων τῶν τ' ἀγοραίων
βωμοὶ δώροισι φλέγονται.

Deos qui in coelo degunt non diversos esse ab iis qui hominum negotiis ad sunt Weilius vidit. Addere poterat ipsum Jovem qui vocatur ἐν αἰθέρι τοῖσιν in Eumenidum v. 958 appellari ἀγοραῖον. Itaque merito vocem οὐρανίων alia mutandam esse censuit, sed quod seribendum esse conjectit, τῶν τ' ἀγορονόμων, eo non justam effici compositionem Ahrensius observavit (Philol. Suppl. I., fascic. II., pag. 260), cuius conjecturam τῶν τ' ἀγοραίων unice probbo. Similis est conditio anapaestorum Ag. v. 345:

ώς μήτε μέγαν
μήτ' οὖν νεαρῶν τιν' ὑπερτελέσαι
μέγα δονλείας
γάγγαμον ἄτης παναλότον

abi Hartungius et Engerus recte versum μέγα δονλείας inepite additum esse judicaverunt, quod nox illa fatalis Trojanis non solum servitutem, sed necem attulerit. (cf. Chœph. versum 68, ubi quod libri habent ἐκ γὰρ οἴκων πατρῷων δούλιον ἔσαγον αἰσαν ex adscripta interpretatione δονλείαν ortum esse Hermannus docuit.) Etiam Clytaemnestrae verbis Agam. v. 1345 Engerū suos nervos reddidisse arbitror. Legimus enim καὶ πεπιωόπι

τοῖην ἐπενδίδωμι τοῦ κατὰ χθονὸς

Ἄιδουν νευρῶν σωτῆρος εὐκταίαν χάριν.

Engerus scripsit Λίδος pro "Άιδουν" cf. Soph. Antig. v. 231, ubi nuntii verba σχολῆ ταχύς in codicibus lepore suo privati sunt, quum legamus σχολῆ βραδύς.)

In Agamemn. v. 126 οἶον μή τις ἄγα κνεφάσῃ προτυπὲν μέγα Τροίας στρατωθὲν quin vocabulum στρατωθὲν corruptum sit, non dubito. Quid est enim frenum Troiae in bellum perfectum vel in castris versans, ut interpretari solebant? Quo modo autem significare potuerit frenum ab exercitu injectum, quam quidem significationem Ahrensius ex hoc vocabulo elicere studuit, non video. Caussam corruptelae a Weilio cognitam esse puto, qui στρατὸν vocabulo στόμιον adscriptum fuisse censuit. Itaque rursus latus conjecturis patet campus; hoc tamen tenendum est participium aliquod primum exstitisse. In iis quae sequuntur malo legere οἴκοι quam οἴκῳ. Ahrensii interpretatio ingeniosa illa, qua οἴκοι translata significatione ad Dianaē animum rettulit, omnem difficultatem movet (l. c. p. 281). Quod Weilius proposuit scribendum πάροιθεν οἴκων, propter collocationem verborum mihi non placet; sic enim collocatis verbis singularis quaedam vis accederet, id quod hoc loco alienum est.

In Agamemnonis v. 787:

οὐδὲ τὸν δρόθοδαῆ

τῶν φθιμένων ἀνάγειν

Ζεὺς αὖτ' ἔπειτος ἐπ' εὐλαβείᾳ

[sic. Flor. ἐπ' ἀβλαβείᾳ Farn.] ultima verba frigere iam Canterus vidit. Confusa esse duo scholia, unum hoc τὸν Ἀσκληπιὸν γὰρ ἐπεραιώσεν ἀναστήσαντα τὸν Ἰππόλυτον, alterum ad v. 973: πρὸς χορμάτων περσίων] ἐπ' ἀβλαβείᾳ, ὡς μὴ ἐπι βλαβῆναι Hermannus vidit. Vix tamen crediderim, id quod placuit viro summo, verba illa omnino esse ejicienda; cum Engero et Weilio ex stropha potius nonnulla excidisse puto et circumspiciendum vocabulum aliquod quod literarum ductibus non prorsus absit ab interpretatione, quod in locum ejus successerit. Propono:

εὗται τὸν δρόθοδαῆ

τὸν φθιμένων ἀνάγειν τοιαῦτη οὐκέται εἰς διαρροήν τοις
Ζεὺς ἀπέπανσεν ἐπεξβολιδάν.

Quod si cui synizesis non placeat, is in stropha legat ἀφεντον ἐς ἔργα. Weilius suspicatus est scribendum βέλει δμαθέντα vel πνοὶ βλαβέντα, sed eorum illud nimium abest a codicum lectione, hoc nimis pedestrem orationem sapit. Quae autem Schmittius nuper protulit (observatt. crit. in Aesch. Ag. p. 19.), tacere praestat.

Chōdēphororum v. 812 sqq.:

σὺ δὲ Θαρσῶν, ὅτ' ἀνὴρ μέρος ἔργων,
ἐπανῆσας πατρὸς ἔργῳ,
Θροούσας πρὸς σὲ τέκνον πατρὸς αὐδάν,
καὶ περαίνων ἐπίμομφαν ἄταν

jam pridem suspicatus eram Orestem moneri, ut patris nomen matri acclamaret, quum mater filii nomine eum appellasset, sed, quo modo eum sensum poetae verbis restituerem, dubius haerebam, donec Engerus in commentatione de hoc carmine mus. Rhenan. 1857. me edocuit verba Θροούσας πρὸς σὲ interpretum esse scribendumque:

σὺ δὲ Θαρσῶν, ὅτ' ἀνὴρ μέρος ἔργων,
ἐπανῆσας πατρὸς αὐδάν
Θροομένα τέκνον,
πέραν' οὐκ ἐπίμομφον ἄταν

Promethei versu 360, quod omnes libri habent δογῆς νοσούσης εἰσὶν λατροὶ λόγοι corruptum esse apparet, quoniam, ut Hermannus observavit, si quid simpliciter νοσεῖ dicitur, ei significatur deesse aliquid, quominus id sit quod pro natura esse debeat. Ceterum quod Hermannus ex Plutarchi consolat. ad Apollon. p. 102 B. et Eustath. p. 696, 33 recepit ψυχῆς νοσούσης sqq. praefero Dindorfii emendationi, qui collato The-mistii loco (oratt. VII., pag. 98) edidit δογῆς ζεούσης. Quamvis enim aptam sententiam ea lectio praebeat, tamen vix potest explicari, quomodo depravata sit. Contra vocis δογῆς origo non est dubia. Quum enim dativus δογῆ adscriptus fuisset participio νοσούσης, facile fieri potuit, ut genetivo mutaretur et genuinum vocabulum ψυχῆς suo loco pelleret. Ceterum memini etiam apud Gesnerum in thesauro sub voce „oratio“ extare ψυχῆς, quod, quantum scio, non memoratum est ab ullo editore.

Languida illa epitheta, quibus Amphiaraus ab Eteocle appellatur (Sept. v. 59) σώφρων, δίκαιος, ἀγαθὸς, εὐσεβῆς ἀνήρ non ab Aeschylo profecta esse Ritschelius obser-vavit. (In Jahnii annal. 1858.)

Aliis locis id effectum esse dixi, ut vel sententiae vel singularia vocabula in-

epte itcentur, quod si quando factum est ab Aeschylo, non sine caussa poetam id affectasse puto quod perstringit poeta comicus his verbis: *ιρὶς ταῦτον ημῖν εἰπεν δοσφὸς Αἰσχύλος.* Itaque nonnullis locis molestae verborum idem bis dicentium cumulationes vel mutandis verbis vel ejiciendis suut tollendae. Ordinar ab Agamemnonis loco v. 4 — 7, ubi haec dicit custos:

ἀστρων κάτοιδα νυκτέρων ὄμήρυντι
καὶ τὸν γέροντας χεῖμα καὶ θέρος βροτοῖς
λαμπρὸν δυνάστας ἐμπρέποντας αἰθέρι
ἀστέρας, ὅταν φθίνωσιν, ἀντολάς τε τῶν.

Totum versum ultimum qui tanquam spurium delendum censuerunt, nimium fecerunt. Custodis enim loquacitatem non dedecet versus per se non necessarius; interpolatorem autem si versum addere voluisse, non tam inconcinne eum compositurum fuisse Schneidewinus scite observavit. Quid vero? *ἀστέρας* et *ἄστρα* duobus versibus interjectis repetivisse custodem, ut idem bis diceret, num credibile est? Accedit quod *ἀστέρες*, quoties distinguuntur ab *ἄστροις*, non sunt sidera, quae quidem notio hoc loco desideratur, sed stellae solitariae. Itaque vocabulum *ἀστέρας* ex interpretatione adscripta ortum esse Karstenius recte judicavit. Verbum *φθίνειν* sic nude positum quum non sine offensione sit, Weilius conjectit *δυνμαῖς ὅταν φθίνωσιν*, Ahrensius (l. c. p. 227) *Ἄστοι τ' ὅταν φθίνωσιν*. Idem statuendum esse puto de Eumen. versu 72, ubi Furiae vocantur *γραῖαι παλαιαὶ παῖδες*. Dubitari potest, utrum vocabulum sit mutandum. Hermannum video scripsisse *Νυκτὸς παλαιαὶ παῖδες*, quum *παλαιαὶ* altero vocabulo explicatum esse judicaret. Quod doctissimus ille editor Gothanus edidit, collato Hesychii lemmate *Γραῖας παλαιαὶ παῖδες*, ideo mihi non probatur quod apud Aeschylum quidem Furiae semper Noctis sunt filiae.

Neque versu 299 cur Hermanni sententia non sit acquiescendum, justam caussam video. Furiae Orestae haec minantur:

οὐτοὶ σ' Ἀπόλλων οὐδὲ Ἀθηνάς σθένος
δύσαιτ' ἀν ως μὴ οὐ παρημελημένον
ἔργειν, τὸ χαίρειν μὴ μαθόντ' ὅπον φρενῶν,
ἀναιματον βόσκημα, δαιμόνων σκιά.

Postremum vocabulum quum misere langueat, Hermannus eo ejecto edidit *τῶνδες δαιμόνων*. Eumenidum versu 679 interpretamenta versus formam induerunt (similiter ut versu 789 de quo supra diximus); legimus enim:

ἱμεῖς δέ τοι γῆ τῆδε μὴ βαρὺν κότον

σκήψης [μὴ θυμοῦσθε μήδ’ ἀκαρπίαν τὸν τόπον τὸν αὐτὸν εἰρουσι τοῖς τεύχητ] ἀφεῖσαι δαιμόνων σταλάγματα. *Ita ut post operario μέτρα Verba cancellis circumscripta gravissimam orationem tantopere enervare ut ab Aeschylo addita esse non possint Hermannus vidit.*

Idem accidit in Septem fabulae, loco v. 260 — 262, ubi postremum versum de lendum esse Engerus vidit in Jahnii annalibus 1857, legimus enim:

ἀδ’ ἐπεύχομαι
θήσειν τρόπαια, πολεμίων δὲ ἐσθῆματα
λάρνας δάφων δυοφίτηχθ' ἄγνοις δόμοις
στέψω πρὸ ταῖν, πολεμίων ἐσθῆματα.
Scholiastae verba ἐσθῆμασιν ἐσθῆματα ἀναθήσω πρὸ τῶν ταῖν τὰ λάρνας haec quondam fuisse docuit: στέψω πρόναα πολεμίων ἐσθῆμασιν ἐσθῆματα ἀναθήσω πρὸ τῶν ταῖν. Itaque poeta verba sic refinxit:

ἀδ’ ἐπεύχομαι
θήσειν πρόναα πολεμίων ἐσθῆματα
λάρνας δάφων δυοφίτηχθ' ἄγνοις δόμοις,
Choephorarum versu 714: χθόνιον τ' Ἐρυἄν καὶ τὸν νύχιον adjectiva illa non bene conjungi, sed scribendum esse altero delecto νύχιον τ' Ἐρυἄν Hermannus vidit, cuius judicium repudiatum esse a Jonghio Batavo, novissimo Choephororum editore, miror. Omnino non delectatos esse poetas antiquos eorundum vocabulorum paucis interjectis repetitione Ritschelius observavit (in Jahn. annal. 1858, pag. 788). Itaque in Septem fabulae versibus 568 — 569:

εἴγωγε μὲν δὴ τήνδε πιανῷ χθόνα
μάντις κενενθώς πολεμίας ὑπὸ χθονόσιοντος θεοντος πιεσμένης
correxit τόνδε πιανῷ γύνην.
Ceterum hōe in genere emendationis maxime cavendum est, ne justos fines transgrediamur eaque a poeta abjudicemus quae dictionis ejus propria sint. Ut enim omittam Karstenium Batavum, qui nobilissimi poeta verba saepe non aliter tractavit atque puerorum exercitia in scholis tractare solemus, nostratium etiam hominum quendam, omnibus illum doctrinae et ingenii copiis instructum, interdum ingenio suo abusum esse etiam Ritschelius et Engerus judicaverunt. Duos afferam locos, qui injuria propter sermonis ubertatem et redundantiam tentati esse videntur, unum Agamenon. v. 139, alterum Eumenidum v. 348. Agamemonis versu sic in libris scripto: μήτινας ἀντι-

πόνος λαναοῖς χρονίας ἔχενῆδας ἀπλοῖας τεύξῃ cur scribendum censeret ἔχενῆδας αὔρας τεύξῃ, caussam non attulit G. Dindorfius (in praefatione edit. Teubn. p. 48), sed neque metrum neque sententia glossema inesse evincit. Cur enim Aeschylum, quem delectatum esse constat synonymorum cumulatione, etiam substantivo ea adjectiva adjunxisse negemus quorum notio jam insit in ipso substantivo? Alter locus hic est:

Str. παλλείων δὲ πέπλων ἄμοιδος ἄκληρος ἐπύχθην.

Antistr. Ζεὺς γὰρ αἰματοσταγές ἀξιόμισον ἐθνος τόδε λέσχας ἡς ἀπηξιώσατο.

Verba, sicut in libris extant, bonam praebent sententiam, neque tamen omnia esse sana metrum indicat. Hermanni autem rationem qui lenissimis usus medelis in antistropha pro αἰματοσταγές edidit δειματοσταγές, in stropha adjectivum ἀγέραστος inseruit, mutato voculae δὲ ordine, quis non praeferat violentis Dindorfii (in praefat. p. 67) conatibus, qui ἄκληρος pro glossemate habuit et μούνα inseruit, in antistropha autem unum vocabulum ἀξιόμισον ejecit, alterum αἰματοσταγές mutavit in αἰματόφυρτον, tertium addidit πᾶν, cujus nullum in libris exstat vestigium? Vocabulum μοῦνος non esse necessarium ipse Dindorfius concedit; ne illud quidem certum esse arbitror adjectiva ἄμοιδος et ἄκληρος prorsus idem significare. Immo Furiae vel initio vestes sordidas sibi contigisse negant vel postea sorte concessas esse. (cf. Prometh. v. 230 ὅπως τάχιστα τὸν πατρῷον ἐξ θρόνον καθέσετ', εὐθὺς δαίμοσιν νέμει γέρα ἄλλοισιν ἄλλα καὶ διεστοχίζετο ἀρχήν sqq. Neque verisimile est αἰματόφυρτος explicatum esse altero αἰματοσταγές, vocabulum usu tritum vocabulo rariori. Quid vero? in tanta literarum graecarum jactura vocabulum cum ἄξιος compositum num licet ex Aeschyli tragediis ejicere, quod in iis quae extant fabulis praeter quam apud Euripidem non reperiuntur ejusmodi composita? Quodsi quis synonymorum abundantia apud Aeschylum offendatur, ab eo sexcentis tragicorum locis falx critica erit adhibenda. (cf. Agamemn. v. 202: δυσεβῆ τροπαίαν, ἄναγνον, ἀνίερον 717 παλαίφατος γέρων λόγος. 979 ἀκέλευστος ἀμισθος δοιδά. Eumen. v. 170 αντόσσοντος, αντόκλητος. 342 παραφορά, παρακοπά. Choeph. initio ἥκω καὶ πατέροχομαι v. 5 κλίνειν, ἀκοῦσαι. V. 522 καὶ ποτ τελεντᾶ καὶ παρανοῦται λόγος; Itaque etiam versu 511 aësentior Jonghio qui in verbis θανόντιδ' οὐ φρονοῦντι δειλαίᾳ χάρις ἐπέμπτετ' tautologiam inesse vidit conferens Iliadis X. v. 59: πρὸς δ' ἐμὲ τὸν δύσιηνον ἐπι φρονεοντ' ἐλέησον. Aliud statuerunt Stanleius et Hermannus. Cf. porro Sept. 960: αντόστονος, αντοπήμων. Prometh. v. 444 ἔννονος ἐθηκα καὶ φρεγῶν ἐπηβόλους. Soph. Ajax 445: ἐξω βαρείας αἰτίας, ἐλεύθερον. v. 492: λυσῶσσαν οὐδ' ἐπήβολον φρεγῶν.. Sophoc. fragm. 720 τυφλὸς οὐδ' ὁρῶν Ἀρης. Ajax v.

464 γυμνὸν φανέντα, τῶν ἀριστείων ἄτερ, v. 750 Κάλχας μεταστάς οἰος Ἀτρειδῶν δίχα.
Philoct. v. 31 ὁρῶ κενὴν οἰκησιν, ἀνθρώπων δίχα, 830 διφθῶ κυσίν πρόβλητος οἰωνοῖς
ἢ' ἔλωρ. 1019 τέλος δ' ἀπωστός γῆς ἀποδήιφθήσομαι.

§. 4.

Restat ut de iis locis dicam in quibus hoc corruptionis genus inesse metrica viritia probant, quorum quidem locorum numerum longe maximum esse constat. Ordior ab Agamemnonis versu 403, ubi vocabulum δόξαι in locum ejus successisse quod servatum est ab Hesychio δόκαι Hermannus vidit. Legimus enim in antistropha πάρεισιν δόξαι φέρονται χάριν ματαίαν, in stropha κλόνους λογχίμους τε καὶ τανθάτας ὄπλισμούς. In secundo ejusdem fabulae carmine chorico, versu 453, nunc video, si in stropha cum Orellio scribatur ἔχθοντας, inde non necessario consequi, ut in antistropha αἰῶ scribendum sit pro eo quod libri exhibent βίον, quam conjecturam proposui in Muetzelii annalibus 1858, pag. 543, quoniam etiam in aliis locis in hoc metri genere trochaeus respondet spondeo, velut Agam. v. 365 str. οὐ γάρ ἐστιν ἐπαλξις πλούτον πρὸς κόρον ἀνδρὶ antistr. οἰος καὶ Πάρις ἔλθων ἐς δόμον τὸν Ἀτρειδᾶν. V. 400 str. δημάτων δ' ἐν ἀχηνίαις. V. 415 antistr. τεύχη καὶ σποδὸς εἰς ἑκάστον δόμοντος ἀφικνεῖται. Sed in iis quae praecedunt non omnia esse sana V. D. consentiunt. Totus locus hic est:

str. οἱ δ' αὐτοῦ περὶ τεῦχος

Θήκας Ἰλιάδος γῆς

εὔμορφοι κατέχουσιν ἔχ-

θρὰ δ' ἔχοντας ἐκρυψεν

ant. κρίνω δ' ἄφθονον ὅλβον.

μήτ' εἴην πτολιπόρθης,

μήτ' οὖν αὐτός ἀλοὺς ὑπὲλ-

λων βίον κατίδοιμι.

Adjectivum εὔμορφοι quum non aptum sit mortuorum epitheton, (quam enim Hermannus inesse voluit significationem, ut dicantur decori sive laudabiles, ejus exemplum nondum allatum est), variae a viris doctis prolatae sunt conjecturae. Ipse propono εὔοργνοι. Chorus heroas in sepulcris conditos bene tenebris obvolutos esse dicit. Vocabulum εὔοργνος num apud alios scriptores vel apud glossographos exstet, ii judicent quibus major subsidiorum copia parata est, quam nobis in hac ultima Pommeraniae Thule scribentibus Neque locum similem nunc affere possum praeter unum Tibulli: Jam veniet

tenebris Mors adoperta caput. (Eleg. I, 1, v. 70.) Quod ille de Morte dixit, etiam ad mortuos transferre licuisse arbitror.*)

*) Hac scribendi opportunitate data liceat mihi iis quae in Muetzellii annalibus l. c. commentatus sum nonnulla addere. Postquam in Sept. v. 353 conjecturam proposui *σπονδὴ δὲ καὶ τοῦδ' οὐκ ἄγαν οὐδὲ πόδα* pro eo quod libri habent *οὐκ ἀπαράζει*, eundem locum a Prienio (in symbol. crit. ad Sept. fab. Lubecae editis 1856) tractatum esse vidi. Recte ille contra Hermanni conjecturam *ἀπαράζει* haec monuit neque adjectivum *ἄργος* unquam de pedum incessu usurpatum esse neque notionem quae inest illi adjectivo aptam esse huic loco, quoniam statuendum esset regem, si non festinaret, segni incessu adventurum fuisse. Hartungium nunc video codicum lectionem prorsus ineptam judicasse, Prienum ad eam defendendam Hesychii auctoritate usum esse, apud quem hoc vocabulum exstat, nescio quo ex scriptore allatum, et contulisse Electrae versum 871 *ὑφ' ἡδονῆστοι φυλάτη διώκομαι, τὸ κόσμιον μεθεῖσα σὺν τάχει μολεῖν.* Sed quod in Chrysóthemidis naturam cadit, cuius imbecillitatem et sollicitudinem muliebrem Sophocles vivis coloribus depinxit, num idem convenit Eteoclis personae, quem constat trauillo et firmo animo in hac scena versari virginunque chorū ad easdem virtutes hortari? In Ag. versu 1589 scribendum proposui *μένεις* qro *μόνος* caussamque corruptelae lacunam fuisse dixi, quam explere conatus sum. Video nunc Scheidewinum versus 1594—96 (*γύναι, σὺ τὸν ἥκοντας ἐκ μάχης νέον οἰκουμὸς εὐνὴν ἀνδρὸς αἰσχύνοντος ἀματεῖς ἀνδρὶ στρατηγῷ τοῦδ' ἔβούλευσας μόρον;*) ita correxisse ut chorū his verbis non Clytaemnestrā compellare putaret, sed Aegisthum. Sed illa quam proposui conjectura recepta hi versus, quales sunt in libris, non repugnant versui 1581; quod autem chori versibus non Clytaemnestra respondet, sed Aegisthus, non tanti mihi esse videtur, ut a librorum scriptura discedendum sit. Ceterum, etiamsi versus 1594—96 non sint sani, tamen *μόνος* propter eas quas attuli caussas corruptum esse etiam nunc judico.

Tum quum conjeci in Agam. versu 929 *ἐπαρχεῖ*, neque Scheidewinii neque Karstenii editiones innotuerant neque Ignatii Schwerdtii quaestiones Aeschyleae criticae (Monasterii 1856). Schneidewinum nunc video conjecturam mémorasse non allato auctoris nomine, Karstenium et Schwerdtium violentioribus remediis usos esse. Ceterum doctum quaestionum Aeschylearum scriptorem eo magis mihi adsensurum esse confido, quod p̄dēm prorsus ratione Choephororum versum 650, ut mihi quidem videtur, sanavit, quum scriberet *γυνή γ' ἀπαρχοῦσ', ἀνδρα δὲ εὐπρεπεστερον* (libri:

In Agamemnonis versu 525 non τυράννων legendum esse, sed κοιράνων Cantenus vidit. In ejusdem fabulae stasimo tertio v. 744 — 746 haec de Justitia dicuntur:
τὰ χρησόπαστα δ' ἔδεθλα σὺν πίνῳ χερῶν
παλιντρόποις
ὅμμασι λιποῦσ' ὅσια προσέμολε εἴρη.

τάπαιρος. Tres praeterea afferam locos, ut homines docti judicent, num verum ad secutus sim. Unus est hic Choephororum (v. 131 — 141):

ἔλθειν δ' Ὁρέστην δεῦρο σὺν τύχῃ τινὶ^ν
κατεύχομαι σοι. Καὶ σὸν κλῆθι μον, πάτερ,
αὐτῇ τέ μοι δὸς σωφρονεστέραν πολὺ^ν
μητρὸς γενέσθαι χειρά τ' εὐσεβεστέραν.
ἡμῖν μὲν εὐχάς τάξει, τοῖς δ' ἐναντίοις
λέγω φανῆναι σον, πάτερ, τιμάορον
καὶ τὸν κτανόντας ἀντικαπιανεῖν δίκην
ταῦτ' ἐν μέσῳ τιθημι τῆς κακῆς ἀρᾶς,
κείνοις λέγοντας τὴν πακῆν ἀράντας τούτους τούτους
ἡμῖν δὲ πομπὸς ἵσθι τῶν ἐσθλῶν ἄνω,
σὺν θεοῖσι καὶ γῇ καὶ δίκῃ νικηφόρῳ.

Verba ταῦτα ἐν μέσῳ τιθημι τῆς κακῆς ἀρᾶς, si modo significant „haec intersero malae imprecationi“ sententiarum nexui adversantur. Quum enim ταῦτα ad eam quae praecessit malam imprecationem referenda esse pateat, τίνδε ad ea quae sequuntur, quomodo haec verba aut iis opponi potuerunt quae antea dixerat Electra aut iis quae postea dictura erat? Utraque scilicet orationis pars malam imprecationem continet. Quid vero? num re vera sequitur mala imprecatio? Qui emendarunt vel καλῆς ἀρᾶς (Schuetzius, Blomfieldius, Hermannus) vel κακῆς καρᾶς (Bambergerus), verba κείνοις λέγοντας τίνδε τὴν πακῆν ἀράνταν non ad ea quae sequuntur pertinere arbitrati sunt, sed ad ea rettulerunt quae supra Electra dixerat. Vix tamen crediderim hoc loco pronomina οὗτος et ὅδε plane idem significare potuisse. Sed non emendatione hunc locum egere, sed recta interpretatione Jonghius vidit „Genetivus enim τῆς κακῆς ἀρᾶς non pendet a μέσῳ, sed a ταῦτα. Ἐν μέσῳ τιθέναι simpliciter est proponere, proferre, velut apud Herod. IV., 97 γνώμην ἐς μέσον φέρω. Luc. de consrib. hist. 60 μῆθος ἐν μέσῳ θετέος.“ Nondum tamen omnia recte constituta esse arbitror. Quis enim non moleste ferat versum

Hermannus, ut metrum restitueret, edidit *προσέμολε*. Weilius vocabulum *τον* in libris manuscriptis adjectum ex forma media relictum esse suspicatus est, sed quod propositum *προσεβάλετο* ea quae hic desideratur significatione usurpatum esse nondum probatum est, nam in iis quidem quos Weilius attulit locis (Ilias V. 879. Apoll. Rhod. IV. 104),

sequentem idem prorsus repetere? Eum igitur transponendum esse censeo totumque locum sic refingendum:

ἔλθειν δ' Ορέστην θεῦρο σὺν τύχῃ τινὶ^ν
κατεύχομαι σοι. Καὶ σὺ κλῦθι μου, πάτερ,
αὐτῇ τε μοι δὸς σωφρονεστέραν πολὺ^ν
μητρὸς γενέσθαι χειρά τ' εὐσεβεστέραν
ἡμῖν μὲν εὐχάρας τάξδε, τοῖς δ' ἐναντίοις
κείνοις λέγοντα τήνδε τὴν κακὴν ἀράν
λέγω φανῆναι σου, πάτερ, πυμάρον
καὶ τοὺς κτανόντας ἀντικατανεῖν δίκη^ν
ταῦτα' ἐν μέσῳ τιθῆμι τῆς κακῆς ἀρᾶς.

Quodsi ejusdem vocabuli (*λέγοντα*—*λέγω*) repetitio non sit toleranda, non improbabile est id vel librariorum errore ex uno versu in alterum translatum esse, quum poeta scripsisset *αἴτω* vel simile aliquid, vel interpretationem esso exquisitoris vocabuli, velut *αὐθῶ*.

In ejusdem fabulae versu 759 legimus:

ἄλλ' αὐτὸν ἔλθειν ὡς ἀδειμάντιας κλύη^ν
ἄνωκθ' ὅσον τάχιστ' ἀγαθούση φρενί.

Praesens γηθέω non reperiri Hermannus observavit neque magis sententia commendari γηθούση φρενί. „Neque enim de Aegistho dici potuit, quia sic Cilissa se suspectam redderet nec de Cilissa, quia sic chorus plus proderet quam vult.“ Itaque scribendum esse puto: *ἄνωκθ' ὅσον τάχιστά γ' αἴθούση φρενί*. Ardenti animo advenire jubetur Aegisthus. Vocabulum *αἴθων* quamquam aliis locis ferocitatem bellicam significat (Aesch. Sept. v. 429 *ἀνήρ—αἴθων τέτακται λῆμα*. Soph. Aj. v. 1088 *αἴθων νέφριστής*, v. 224 *ἀνδρὸς αἴθονος* Laur. A., ceteri *αἴθοτος* vel *αἴθωνος*), tamen haud scio an etiam cupiditatem significare potuerit; in Hesiodi opp. 361 indicia extare quae *αἴθονα λιμὸν* commendent Scheidewinius observavit. De industria chorus vocabulo ambiguo usus esse videtur.

Promethei versum 315:

vel jubendi vel orandi notio ei subjecta est. Neque magis probo, quae idem vir doctus in strophae versu 734 sqq. molitus est. In Farnesiano et Florentino legimus:

*φιλεῖ δὲ τίκτειν ὑβρις
μὲν παλαιὰ νέαζουσαν ἐν καποῖς ὑβριν
τότ' η τότ' ὅταν τὸ κύριον μολῃ νεαρὰ φάους
κότον δαίμονά τε τὸν ἄμαχον ἀπόλεμον
ἀνίερον Θράσος μελαίνας μελάθροισιν ἄτας (Flor. μελάθροις)
εἰδομέναν τοκεῦσιν. (Flor. τοκεῦσι)*

Omnino iis quae adhuc a viris doctis temptata sunt, locum non levibus illum corruptelis laborantem sanatum esse mihi persuasum non est. Neque enim eorum sententia probabilis est qui vel vocabulum *κότον* ad interpretandum vocabulum *δαίμονα* adscriptum fuisse censuerunt vel adjективum *νεαρά* pro interpretamento verbi *μόλῃ* habuerunt, neque aut quod Hermannus edidit *νέα φαρᾶ* sententiarum nexui aptum est, aut quo Karstenius suam poetæ manum sibi restituisse visus est *νεαροφνοῦς τόκον*. Itaque Schneidewinio non adsentior qui ejecto *νεαρά* novum vocabulum *φαεσκότον* commentus est, cujus vestigiis insistens Schmittius (in observatt. criticis Mannhemii nuper editis) pag. 17 scripsit *εντ' ἀν ἐπὶ τὸ κύριον μόλῃ φάος σκότον; minime enim vocabulum νεαρά interpretationem sapit.* Ejus vocabuli originem recte mihi perspexisse videtur Weilius, quum ex *ἡμέρᾳ* vel *ἡμέρᾳ* ortum esse judicaret, sed quae idem addidit, quum pro *φάοντος σκότον* ederet *φιλόσκοτον* et ante *ἄμαχον* insereret *πνέονταν*, violentis mutationibus, ea vix cuiquam probatum iri confido. Ut enim *ὑβρις* apte dicatur *δαίμων*, non tamen in eam cadere arbitror quod sequitur *εἰδομέναν τοκεῦσιν*; quae enim prorsus eadem sunt, quomodo similia vocari possunt?

*ώςε σοι τὸν νῦν χόλον
παρόντα μόχθων παιδιὰν εἶναι δοκεῖν*

sanum non esse quum Doederlinus vidisset, *χόλον* scriendum esse judicavit, cui adsensus est Dindorfius (cf. praef. pag. 67). Leniorem mihi videor repperisse mendam; *χόλον* non mutandum esse arbitror, sed in altero versu syllabas aliter conjungendas. Atque haud scio an Aeschylus, si eam quam inesse volunt sententiam exprimere voluisse, scripturus fuerit *ώςε σοι τὸν νῦν χόλον μόχθων παρόντα παιδιὰν εἶναι δοκεῖν*. Propono:

*ώςε σοι τὸν νῦν χόλον
παρόντ' ἄμοχθον παιδιὰν εἶναι δοκεῖν.*

Etiam in Choephororum v. 53—57*) ut metrum atque sententia restituatur, ἀχη ejiciendum est (Naegelsbachio auctore in emendationibus et explicatt. Aesch. Monaci 1857 editis pag. 4 sqq.) Hermanni enim interpretationem, qui βρένει ejecit et pro ἀχη scripsit ἀτυχῆ eo vitio laborare quod illa δοπὴ δίκαια quae sententiae initio est posita ea ratione non ad sequentia pertineat, Naegelsbachius rectissime observavit. Idem hujus loci interpretationem ex natura poenae repetendam esse docuit, quae Graecis aut repraesentari aut differri idque aut ad exitum vitae aut post mortem videbatur.

Ejusdem fabulae versu 65**) quum librorum scriptura neque metro satisfaciat et sensu careat, μάτην restituendum esse pro corrupta voce ἄτην jam Scaliger vidit. Hermannus quum καθαίροντες ex interpretatione natum esse censeret, locum sic refinxit: φόνον καθαρσίοις ιοιεν ἀν μάτην. Verba sic constituta mihi aliquid jejuni habere videntur, quod tolli potest, dummodo vocabulum καθαίροντες ad διαινοντες adscriptum in sequentem versum librariorum errore raro translatum esse judicemus. Quae quidem suspicio si probabilis est, varia possunt excogitari. Propono:

πόροι τε πάντες ἐκ μιᾶς ὁδοῦ
διαινοντες τὸν χερομυσῆ
φόνον δοσίσιν ἐπιμόλοιεν ἀν μάτην
vel φόνον δοσίσιν ἐκλούσαιεν ἀν μάτην.

In ejusdem fabulae versu 68 Hermannum vocem δούλιον delevisse, quum eam ex adscripta interpretatione δονλείαν ortam esse judicaret, supra commemoravi (Blomfieldius scripsit δονλίαν, cui adsensus est Naegelsbachius l. c. pag. 7. In iis quae seuntur δίκαια καὶ μὴ δίκαια πρέποντ' ἀρχὰς βίου βίᾳ φερομένων αἰνέσαι in diversa abierunt viri docti; in eo tamen consentiunt alterum δίκαια esse removendum. In versu

*) δοπὴ δ' ἐπισκοπεῖ δίκαιας

ταχεῖα τὸνς μὲν ἐν φάσι,

τὰδ' ἐν μεταιχμῷ σκότον

μένει χρονίζοντ' ἀχη βρένει,

τὸνς δ' ἀκραντος ἔχει νὺξ.

**) πόροι τε πάντερ ἐκ μιᾶς ὁδοῦ

διαινοντες τὸν χερομυσῆ

φόνον καθαίροντες ιοῦσαν ἀτην.

Διαινοντες pro βαίνοντες Lachmannus scripsit.

316 pro eo quod libri habent *Ισοτίμοις* scribendum esse *Διντίμοις* Erfurdtius (ad Sophocl. Electr. v. 86) vidit.

Versu 809 sqq. Naegelsbachii ratio, qui librorum lectionem ita emendavit ut lenissima usus medela et sententiam restitueret et aptam et antistrophei numeros servaret, eo quoque commendatur quod sic appareat *αὐξεῖ* significatione intransitiva dictum quomodo factum sit *δέξεται*. Naegelsbachius sic locum scribit (l. c. pag. 37):

πόλει τάδ' εν

ἔμδν ἐμὸν κέρδος αὐξεῖ τόδ', ἄταδ' ἀποστατεῖ φίλων.

In Persarum fabula accidit ut ea tantum glossemata insint quae metri indicio convincentur; frustra enim eas interpolationes quaesiveris quibus omnino vel sententiarum nexus sit turbatus vel obscurata verborum vis. Ceterum quae sunt in Persis ejus generis ea Hermannum, ut erat peritissimus rerum metricarum judex, sustulisse video, cui nusquam obsecutum esse Dindorium miror. Versum 275 et qui sequuntur Hermannus ejecto interpretatione *Πέρσαις* et mutato verborum ordine sic restituit, ut antistrophae omnibus numeris respondeant:

ἴνξ' ἀποτινον δαῖοις

δυναμικῆν βοάν

ώς πάντα παγκάκως (θεοί)

ἔθεσαν, αἰσθή, στρατοῦ φθαρέντος.

Vocabulum *Πέρσαις*, quod in libris exstat ante vocabulum *δαῖοις*, eo consilio adjectum esse ut hoc explicaret eo luculentius appareret quod in Parisino B. scriptum est *Περσαισῶν*, quod, ut Hermanni verbis utar, indicio esse videtur dubitasse interpres, vocabulum *δαῖοις* utrum de hostibus Persarum an de ipsis Persis clade bellica afflictis intelligendum esset. Versus 924 *ιλάγξω δ' αὐ γύον ἀριδαζονν* ut non respondeat strophei *πέμψω πέμψω πολύδακον* *ἰαχάν* eo effectum est, quod *γύον* in locum vocis *ἰαχάν* substitutum est verborumque ordo mutatus.

In versu 960 *ἴνγγά μοι δῆτ' ἀγαθῶν ἑτάρων ὑπομηνήσουεις* vocabulum postremum est interpretamentum brevioris vocabuli, velut *ὑπορίνεις* vel *ὑπεγείρεις*. In versu 861 *νόστοι δ' εἰς πολέμων ἀπόνονς ἀπαθεῖς* — *εν πράσσοντας ἀγον ἐς οἴνονς* praepositio *ἐς* eandem habet originem.

Vix ullus quum sit in Aeschyli fabulis locus de quo virorum doctorum sententiae magis inter se discrepuerint, quam de Septem fabulae parodo, etiam de interpolationis ambitu alios alia statuisse consentaneum est, prout vel in severas strophicae responsionis leges redigendum esse arbitrarentur carmen difficillimum vel liberiores numeros

deprehendisse sibi viderentur. Itaque Prienius in symbolis criticis Lubecae a. 1558 editis non potuit quin plura id genus menda in hoc carmine inesse censeret quam ante eum Hermannus reppererat. Velut versu 85 vir ille doctus scribit ἀμαχέτον βρέμει δ' ὁδοτύπου δίκαν νάματος, ut verba respondeant his antistrophicis πότερα δῆτ' ἐγὼ ποτ-
πέσω βρέτη δαιμόνων; Hermannus codicum lectionem servavit βρέμει δ' ἀμαχέτον δίκαν
νάματος ὁδοτύπου. Etiam vers. 133 σύ τ' ὡ Λατογένεια κούρα non uno vitio laborare jam
Seidlerus (de v. dochm. p. 196) vidit; Engerus scripsit σύ τ' ὡ Λατοῖς εὐ τυχάζον, cui
adsensus est Prienius (l. c. pag. 24). In versu 102 Prienius Dindorfio auctore vocati-
vum δαῖμον delevit totumque locum sic constituit: ἵω χρυσοπήλης ἐπιδ' ἐπιδε τάν—δε
πόλιν ἄν ποτ' εὐφιλήταν ἔθον. Mediceus: ὡ χρυσοπήλης δαῖμον ἐπιδ' ἐπιδε πόλιν sqq.
His respondere censem verba μάκαρες εὐεδροι, ἀκμάζει βρετέων ἔχεσθαι· τί μελλομεν
ἀγάστονοι; In versu 149 pro librorum scriptura πρὸ πόλεως scribendum esse ὑπὲρ
πόλεως Hermannus vidit. In versum 132 utrum vocabulum αὐτᾶς ex scholiastae inter-
pretatione illatum sit an ex versu 130, incertum est. In Mediceo legimus καὶ σὺ Αἴκει
ἄναξ λύκειος γενοῦ στρατῷ δαῖτῃ στόνων ἀυτᾶς; Hermannus correctit ἀπίνα. Neque ea
quaes sequuntur parodum glossatorum industriam non sunt experta. In versu 223 vix
dubitari potest quin pro Medicei scriptura τάνδ' ἐς ἀκρόπολιν vel cum Hermanno scri-
bendum sit τάνδε ποὺ σκοπάν vel cum Prienio τάνδ' ἐς ἄκραν σκοπάν. E primi stasimi
versu 328 (Med. κορκοργαὶ δ' ἄνα ἄστη, ποὺ πτόλιν δ' ὁράνα πνογῶνις) vocem πτόλιν
ejiciendam esse Ritschelius (apud Enger de A. ant. rat. p. 27) docuit; perfecit loci
emendationem in Indice schol. Bonnae 1857 p. VIII sic scribendo: κορκοργαὶ δ' ἄν'
ἄστη ποὺ θ' ὁράνα πνογωτά. Ceterum non de Argivorum vallo haec dicta esse, sed
de ipsis urbis munimentis Prienius (l. c. pag. 38) bene observavit. In versu 287
ποῖον δ' ἀμείψεσθε γαίας πέδον τᾶς δ' ἄρειον ἐχθροῖς ἀφέντες utrum ἐχθροῖς corruptum
sit an ἀφέντες, dubium est. Prienium conjectisse video ἐπιόποις (p. 36); ipse propono
ἐχθρίοις ἀφέντες. In versu 870 πλαγὰν sine metri damno non potest servari; originem
vitii primus perspexit Elmsleius. Idem suspicatum esse video Weilium de eodem vo-
cabulo in Agamemonis v. 1303 (οἵμοι, πέπληγμαι καρδίαν πληγὴν ἔσω), quum ejecto
πληγὴν scribendum esse censeret πλευρῶν ἔσω. Sed latus Agamemnonis a Clytaem-
nestra percutsum esse, quum maritum occideret ὥσπερ βοῦν ἐπὶ φάτνῃ, non caput, vix
crediderim. E versu 982 (ἵω δυστάνων κακῶν ἄναξ Ἐτεόκλεις ἀρχαγέτα) non solum
κακῶν ejiciendum esse, sed etiam verba in margine adscripta Ἐτεόκλεις ἀρχαγέτα Engerus
vidit (De Aeschyiae Septem ad Thebas Parodo p. 18).

In Supplicum v. 81 Hermannus scripsit sententiae et metri indicio μελαίνᾳ τε
τίχᾳ pro eo quod codices praebent μελαίνᾳ ξὺν τίχᾳ.

In versu 617 Hermannus restituit:

μήποτε πνοιάφατον τάνδε Πελασγίαν
τὰν ἄχορον βοὸν πίσαι μάχλον Ἀρη

remoto interpretamento πόλιν, quod legitur post Πελασγίαν. Ceterum, si Schwerdtius recte emendavit γᾶν pro librorum scriptura τὸν, hoc interpretamentum eo tempore ortum esse patet, quo jam gravioribus corruptelis poetae verba laborarent.

In versu 552 (*βοὸν ἐξορῶντες δυναχεὶς μέσόμβροτον*) participium ἐξορῶντες Hermannus amovit, utpote ab iis profectum qui non intelligerent accusativum pendere ex verbis πάλλοντο. Quid substituendum sit, incertum est. Similis est origo vocis φοβοῦμαι, quae inserta est Prometheus v. 565 post ἄλενε δᾶ ab iis qui verborum constructionem non perciperent qua εἰξορῶσι ita positum erat quasi praecessisset οἰστροῦμαι. Itaque Hermannus edidit:

χρίει τις αὐτὸς με τὰν τάλαισναν οἰστρος
εἴδωλον Ἀρην γηγενοῦς, ἄλενε δᾶ,
τὸν μνωιωπὸν εἰξορῶσα βούταν.

In Supplicum versu 786 δύσοιστον poeta non scripsit, sed δύσφορον vel simile aliquid. Schwerdtium video conjectisse παράφροτον. A versu 536 (*Παμφύλων τε γένη διορυμένα*) vocabulum γένη Heathius abjudicavit; ortum videtur adscripto γένη ad corruptum Παμφύλ, in quo quis φῦλα sibi visus erat legere. In versu 770 pro ὄρνισι Dindorfius egregie restituit πετῆσι.

Promethei versum 156 (*ώς μήποτε θεος μήτε τις ἄλλος τοῖς δ' ἐπεγήθει*) Dindorfius sic restituit: *ώς μήτε θεῶν μήτε τις ἀνδρῶν τοῖς δ' ἐπεγήθεν*, rationibus prorsus probabilibus ductus, nisi quod maluerim quod Blomfieldius, Hermannus, Naegelsbachius probaverunt ἐγεγήθει. Duo enim accessisse glossemata suspicatur (praef. pag. 61), unum τις ad θεῶν adscriptum, unde facile oriri potuit mirum illud μήποτε, alterum ἀνθρωπος, cuius compendium ανος in ἄλλος mutatum est. In versu 248 (*καὶ μὴν φίλοις ἔλεεινός εἰξορᾶν ἐγώ*) quamquam vitium metricum tolletur, si legemus ἔλεεινός, tamen quod Guelpherbytanus habet φίλοισιν aliam corruptionis originem significare videtur. Itaque Hermannus edidit οἰντρός collata Hesychii glossa οἰντρά ἔλεεινά. Οἰντρός ἔλεεινός. Omnino codicem Guelpherbytanum ex Mediceo descriptum esse persuasum non habeo. In Promethei verbis 113 non legendum est πασσαλευτός, quam quidem plurimarum librorum lectionem Turnebus explevit participio ὁν, sed cum Dindorfio προσπεπαρμένος.

Medicei enim lectionem *πασσαλείμενος* ultimae ejus vocis parti ad significandum glossema
προσπεπασσαλενμένος adscriptam fuisse verisimile est.

Anapaesti inde a v. 1090

σπιρτᾶ δ' ἀνέμων πνεύματα πάντων
εἰς ἄλληλα στάσιν ἀντίπονον
ἀποδεικνύμενα· ξυντετάραχται
δ' αἰθὴρ πόντων

vel ita possunt emendari, ut verborum ordinem mutemus et verba *εἰς ἄλληλα* ejiciamus
(cf. Kiehn Aeschylea p. 79 qui scribit *ἀποδεικνύμενα στάσιν ἀντίπονον*) vel *ἀποδεικνύ-*
μενα Dindorfio auctore glossema vocabuli litera consonanti incipientis habeamus.

Restat, ut altero capite de iis locis disseramus qui vindicandi esse videantur
ab interpretationis suspicione. Sed vereor ne jam nunc fines egressus sim qui consti-
tuti sunt huic libello; itaque in his subsistendum est.

